



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 29.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

quæ; cui rectigal rectigal; id est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei Dei. Solus autem Dei homo condiderat, scilicet Petrus, regem quidem honorandam. Ut tamen tunc rex honoretur, quam suis rebus inisset, quam à diuinis honoribus longe est: quia & pater & mater diligenter cum Deo non comparantur. Ceterum super Deum diligere, nec animam li-

§. 8. Quin etiam quidam eò illa verba trahebant, ut probarent, persecutionem licere pecuniâ redimere. Cæsaris enim tyrannidem illi nummis redimebatur. Contra eos disputat Tertull. de fugâ in persecut. c. 12. Nihil interest. Si quem Christianum redimere non debas aut emere. Et adeo voluntas Dei sic est, ab apice regnorum & imperiorum, utique à Deo disposito statu: in cuius manu cor regis, tanta quotidie aratro augendo prospectiuntur remedia censuum, recti galum, collat onum, stipendiorum: nec unquam recti, alio ex Christianis tale quid prospectum est, sub aliquâ redemptionem capitis, & secta redigendis, cum tanta multitudinis nemini nota fructus inges meti posset. Sanguine enim, sanguine numerati nullam nummum pro capite debemus: quia caput nostrum Christus est. Non decet Christum pecuniâ constare, quomodo & martyria fieri possent in gloriam Domini: si tributo li: entiam Secta compensaremus? Itaq; qui eam premio pacis situr dispositioni diuina aduersatur. Cum igitur nobis Cæsar indixerit in hunc modum stipendia Secta, sed ut indicet unquam tale quid posset, Antichristo iam insens, & in sanguinem non in pecuniâ hians Christianus, quomodo nobis proponere potest scripturâ esse. Reddere quæ sunt Cæsari, Cæsari: M. les me vel Delator, vel inimicus concutit, nihil Cæsari exigens: imo contra faciens, cum Christiani legibus humanis, mercede dimittit. Alius est denarius quem Cæsari debet, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, a tributariis filiis, et non à liberis debitus. Aut quomodo reddam, quæ sunt Dei Deo, utiq; proinde imaginem, & monetâ ipsius inscriptam nomine eius: id est hominem Christianum? Quia autem Deo debeo sicut denarium Cæsari, nisi sanguinē quem pro me filius sudat ipsius? Quod si Deo quidem hominē, & sanguinem meum debeo, nunc vero in eo sum tempore, ut quid Deo debeo exposcitur, utiq; fraudem Deo facio, id agens ne quod debet, solvam. Bene obseruauit præceptum, Cæsari reddens quæ sunt Cæsari, Deo pro quæ sunt Deo, abnegans.

Quamuis autē quæstio hoc ex loco non possit definiri, Multis tamen modis errat Tertullian. Non cogitant quidem carceres, & mortem redimere. non tamēd veterant. Cur enim non pecuniâ libertatē, & vitam redimat, qui cibaria vitæ comparat? Cur hoc minus, quam si viator vitâ à latrone redimat? At Deus sanguinem posuit. Non sanguinem, inquam, sed fidem, virtutem, constantiam. Non me Deo continuo mori iubet, cum persecutor inuadit. Non viuere me vetat, sed negare. Si vita sine scelere retineri potest, non cogor eam prodigere. Sic Tertull. c. 13. de patientiâ. Carpatiemia in persecutionib. præliatur, si fuga urgeat, incōmoda fuge caro mili. at. Hic recte ille, ut Athanas. lib. de fuga. Aug. Epist. 180. Cyprian. Epist. 56.

VERSVS 23.

In illo die acceperunt ad eum Sadducei, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum.

QVÆSTIO I.

Quæ heresis & quæstio Sadduceorum.

M Vltæ de his R. P. Nicolaus in Tihēseon libro, & Minerali. Varijerant eorū errores. Hic primarius, quod negarent esse spiritū, & mortuorum resurrectionē. Syrus habet. לית רוח מיתה, non viuitificatio mortuorum. Siue autē vera, siue parabolica sit septē fratrum historia, ad rem

non facit. Cum in duobus aut tribus sit eadem difficultas. Eadem fuere olim Pythagoæorum, Aræorum, Epicuræorum dogmata.

O genus attonitum, inquebat, gelida formidine mortu.

Quid stygia, quid tenebras, quid nomina vana timetis?

Matræam vatum, falsiq; pericula mundi. Ouid. lib. 15. Metamorph. & Iuuenal. Satyr. 2.

Esse aliquid manes & subterranea regna,

Nec pueri credunt, nisi qui nondum are lauantur.

Secuti sunt ista, Simon Magus, Basilides, Seueriani, Carpocratiani, Valentiniani, Marcionitæ, ita Irenæus & Tertullianus testantur.

§. 2. Contra mortuorum ergo resurrectionem argumentum, ut sibi videbatur, inuictum proponebatur. Lex est Deuter. 25. 5. hic græcus ἐν γαμὲν οὖν ὁ ἀδελφὸς τοῦ νεκροῦ, est iure leuini eam ducere. γάμος & autem inter cætera etiam est affinis, est ergo, affinitatis iure eam ducere debent.

Tamquam certum statuunt, in alia vita vxorum vsum fore. Deinde iure ad vnum ex fratrib. eam pertinere: non autem rationem apparere, cur vni potius quam aliis detur. Lex est Deut. 25. 5. qua fratri defuncto iubetur frater ἐν γαμὲν οὖν, Hebraicè leuitare, hoc iure leuiti vxorem ducere, & fratris nomine filiū primogenitum appellare, ne nomen eius deleteretur ex Israel. Cum ergo fratres septem vnā habuerint vxorem, quis post resurrectionem eius erit maritus?

§. 3. Zadocum nō adeo improbum fuisse testatur Rabbi Nathan in sententiis Partum. Discipulus Antigoni fuit, is Eldæ temporibus propinquus erat. Zadocus frequenter hanc sententiā vsurpabat. Ne sitis sicut serui, qui ministrant Domino ob conditionem, quod accepturi sint præmiū. Sic etenim in libello isto est. Hæc sententiā ut potuit habere sensum sanctum & verum, ut nempe Deo gratuita caritate seruaretur, ita à successoribus deprauata est. Præmia. n. virtutis, & scelerum poenas negabant, quod hac in vita multos scelestos fortunatos, pios viderent afflictos: itaq; animæ negabant immortalem, & pari impudentia corporum resurrectionem. Magna certè Ecclesiæ tum erat perturbatio, Antistites enim & procures, qui præstabant opibus, spem resurrectionis tollebant, inter hominum & brutorum animas nullo discrimine constituto. Varias ludæorum sectas recenset Philastrius ad 28. Epipha. 12. Damasc. 8. sed accuratius & minutius diuisit primus. Sunt autē ludæismi hæreses apud Philastrium. Ophite, Carani, Sethiani, Iosihæi, Saduccei, Pharisei, Samaritani, Nazarei, Esseni, Heliognosti, Betrecholatræ, Musoritæ, Musoaccaronitæ, Troglodytæ, Cultores fortunæ cæli, Bahalitæ, Asturite, Molochitæ, Cultores aræ Tophet, Puteoritæ, Serpentis ærei cultores, Pythonistæ, Althuroritæ, Herodiani. Epiphanius addit tribus, & Hemerobaptistas. Raban. de inst. Clericor. l. 7. c. 58 alios etiam recenset, Esneos, Marbonæos, Genistas, Meristæos, Samaritas.

VERSVS 29.

Nouissime autem omnium & mulier defuncta est.

QVÆSTIO I.

Quæ Saductæi causa errandi?

§. 1. Gnatio Scripturarum, & potentia diuinæ.

Erratis, inquit, nescientes scripturas.

At vero scripturas manu tenebant, quotidieq; ex illis disceptabant, contra Phariseos, & contra Christum. Quin ipsa quam Christus profert scriptura notissima erat. Quid. n. notius, quam dixisse Dominū. Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob. Quomodo igitur non discunt ex scripturâ, quod verum est? Nesciunt igitur, quia vim sententiaque eius non

Scriptura
frustra cita-
tur, nisi in-
telligatur.

non capiebant, velamen oculis oppositum erat, ne verum intuerentur. Nunc si hereticos audias, omnes scripturas profitentur, omnes scripturas citant, sed nemo intelligit. Cum Deus se Deum Abrahami, Isaac, Iacobi, profiteri non dedignetur; nequaquam eorum qui omnino non sunt, aut pulueris se Deum dicant, hoc namque contumeliosum est. Sed Deus est vivorum. Insigne igitur documentum est, nihil prodesse scripturas, nisi etiam gratia scripturas intelligendi sit data. Hieron. Epist. 13 c. 4. T. 1.

Et Tom. 4. l. 6. in Proem. in Ezechielem. *Heretici ipsa non moritur, heretici autem contra nos odorum suorum carul s derelictis: qui nostra simulantes genitricis antiqua, & pellacis Vlyssis venena non deserunt: labiaque tantum melle circumlinunt, & iuxta eloquia scripturarum: mollium verba sua super oleum: ipsi autem sunt iacula, & iacula ignita, quae scuto fidei repellenda simul, & extinguenda sunt.*

Hæc ipsa venena ex fragrantibus divinarum sumunt scripturarum floribus.

Et Tom. 2. Epist. 101. Apostolos in scripturis, non verba quaesivisse, sed sensum. Et l. 16. comment. in c. 69. Isa. Iudeos non sensum, & factum, sed folia in scripturis quaerere. Et in c. 23. Ieremias T. 4. Non solum, inquit, in hereticorum conciliabulis hæc reperta sunt, sed in Prophetis quoque, Ierusalem, id est doctoribus Ecclesia vidit similia, siue horribilia, adulterantium verbum Dei, & ingreditur per viam mendacii: ut hereticorum fallacis, acquiscerent, & confortarent manus pessimorum.

§. 2. Non nubent, inquit, neque nubentur, Græcismum imitatus est verus interpres, γαμήν, & γαμήν, & dicunt. Tertull. de resurrectione carnis. Nonius apud veteres ait verbum nubendi apud veteres viris, & foeminis fuisse commune. Non refutavit Christus consequentiam. Nam etsi septem eam habuerint, poterat eam accipere primus, vel retinere ultimus, & eius rei dari aliqua ratio. Cæteris aliæ uxores dari. Sed Christus totam illam carnalem ac crassam cogitationem eripere voluit. Ideo simpliciter respondit errare eos. Non enim opus esse generis humani reparatione, cum sint futuri immortales, Cerinthiani tamen in viâ futurâ carnales voluptates suis proponebant sectatoribus, ut & nunc Mahomedani faciunt.

VERSUS 31.

De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis.

QVÆSTIO I.

Quomodo Christus probat resurrectionem mortuorum?

§. 1. **D**ictum est à Deo dicente vobis, inquit, in Græcis non est *ἐγώ*, neque in Syro. Sed transpositum est *ἐγώ* in *ἐγώ*. dictum. Ego sum Deus Abraham. & Exo. 3. 5. & v. 15. & 16. Non est in Hebræo, sum, sed subauditur.

Cum ergo non sit Deus mortuorum, eorumque, qui non sunt, sequitur Abrahamum vivere.

Mitantur multi cur locum tam obscurum ad probandam mortuorum resurrectionem attulerit. Nonnulli respondent. Ex Mose responsum reddi, quia Moyses legem illi citavit. Alij putant solius Moysis libros ab illis receptos, ideo usum esse testimonio, quod apud ipsos esset authenticum. Nam Iosephus ait eos præter legem nihil servandum dicere. Verum non puto probabile cæteras Scripturas eos contempsisse, cum enim quotidie Psalmi Davidici in templo canerentur, & aliorum Prophetarum scripta legerentur,

non fuisse admittendos ad religionis & sacrorum communicationem, si Prophetis non credidissent, at iam non modo in consilio sacerdotum confidens, verum etiam summi aliquando sacerdotes fuerunt, ut Annas Luc. 4. 16. 17. Act. 13. 15. & Iohannes filius & successor Simonis Maccabæi. Cum verò Iosephus dicit antiq. l. 13. c. 18. Eos præter legem nihil servandum existimare, hoc ille non de Prophetis, sed traditionibus interpretatur: nihil enim novum Prophetæ servandum præcipiebant. Traditiones ergo Phariseorum irridebant, libertate legitima vsi, sed libertate abusi sunt ad cupiditates & licentiam carnis, vitata superstitione athei, & dum humanas leges superstitiones, & observantias irridunt, magis profanè quam pie in legem Dei peccarunt.

§. 2. Sadducei videntur cæteros libros sacros pro authenticis non agnovisse, nec tamen omnino reiecit, sed velut viles historias bonorum virorum, non absque errore tamen tolerasse, Psalmos cecinit, & Prophetas legisse, eo modo quo nunc hymni & cantica spiritalia, historias sanctorum legimus, ita tamen, ut in Canonem eas non referamus. Negavit Prophetas docent Epiphanius. Philastrius, Damascenus. A Dositheo oriundi erant, qui primus est Iulianus repudiare Prophetas, ut habet Epiphanius hæresi 13. Hieronym. dial. adversus Lucifer. Philastrius & Damascenus consentiunt. & Tertullianus adversus hereticos: p. 401. Quæ ex re apparet, quanta fuerit Ecclesie corruptio, cum in eius visceribus ille pestes haberent: simul etiam se prodit Phariseorum improbitas, qui hos collegas habebant, & Christum tamen violatæ legis accusabant.

Deinde præter hanc auctoritatem etiam ratio ipsa hoc docet: si enim Prophetas agnovissent, quomodo poterant negare Angelos, animarum immortalitatem, & præmia, pœnasque post hanc vitam? ita enim perspicue illa docentur, ut negandi locus nullus sit relictus. Quamquam autem in Pentateucho non desint de Angelis certa testimonia, illa tamen facilius eludere poterant, ut dicerent, homines aliquos, aut quasi semihomines fuisse, animalia quædam rationalia.

§. 2. Cum homines dicit fore tamquam Angelos, nequaquam eos facit incorporeos, sed aliâ viâ feliciores asserit. Lucas æquales Angelis fore dicit. Manebit ergo corporum natura, sed mortalitas detrahetur. August. l. 22. de civit. c. 17. corporibus illis vitia detraherentur, natura servabitur, erunt membra foeminea, non accommodata vsui veteri, sed decori novo, quo non alliciat aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed Dei laudetur sapientia, atque clementia, qui & quod non erat fecit, & liberavit à corruptione quod fecit.

Æquales igitur Angelis futuri sunt eo modo, quo inter se pares sunt beati: omnes enim immortales atque incorruptibiles, in summa beatitudine degent vitam æternam, dignitate, & alijs rebus inter se differentes.

Athanasius q. 24. ad Antiochum, non modo sensum suum diversitatem, sed mutam etiam ex corporibus notam negat. *ὅτι περὶ οἱ ἀγγελοὶ μὴ εἶναι, καὶ οὐκ ἔχειν σώματα. ὅτι πνεύματα καὶ οὐκ ἔχοντα σώματα. ὅτι πνεύματα καὶ οὐκ ἔχοντα σώματα. ὅτι πνεύματα καὶ οὐκ ἔχοντα σώματα.*

Iustinus quæst. 112. statum dicit fore, in quo neque esca, neque potio, neque matrimonium est, sed Angelis Dei similes erunt resurrectionis filij.

Tertullianus ut non moriantur, nec nubant, per denudationem corporum futurum ostendit. Quam pag. 693. autem mortui resurgant: siue & confirmetur.